



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LI. Der Rath zu Angermünde bekundet, daß Conrad von Oderberg dem  
Kloster Chorin seine Fischerei im Parstein abgetreten hat, am 17.  
November 1316.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

fecimus communiri. Testes hujus rei sunt nostri fideles dominus Conradus de Redern, dominus The. de Kerkoue, dominus Joh. de Steghelyz, dominus Zabellus de Badelow, milites, dominus The., Prepositus in Granzoge, dominus Euerardus, Prepositus in Stolp, Notarius Curie domini Woldemari Marchionis, dominus Johannes, plebanus in Gorlyz, et quam plures alii fide digni. Datum et Actum Vrienwolde, anno domini M°. CCC°. XVI°. ydus Junii, Indictione XIV., Concurrente quarto, Epacta XXV.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerckens Cod. II, 432.

LI. Der Rath zu Angermünde befundet, daß Conrad von Oberberg dem Kloster Chorin seine Fischerei im Parstein abgetreten hat, am 17. November 1316.

Res gesta in tempore ne per obliuionem labatur a memoria litteris inscribi solet, vt quod actum est, non solum presentes, sed eciam posteri scire valeant per testimonia litterarum. Hinc est, quod nos Consules ciuitatis Noue Angermunde recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod Conradus, dictus de Oderberge, una cum matre sua Domina Elizabet in nostra presentia constituti professi sunt, se vendidisse domino Abbati et fratribus in Chorin cum consensu ceterorum liberorum seu heredum omnium tam succedentium quam presentium piscaturam, quam habuerant in stagno Parsten, renunciantes omni iuri, quod in predicta piscatione videbantur habere, ita quod nec ipsi nec successores ipsorum nec aliqui alii nomine eorundem in predicta aqua siue stagno, quod parsten vocatur, piscationem aliquam de cetero audeant exercere aut in posterum iuris aliquid usurpare. In hujus itaque rei testimonium presens scriptum ad petitiones utriusque partis dedimus, quod sigillo nostre ciuitatis fecimus communiri. Datum anno ab incarnatione Domini M°. CCC°. XVI°. XV° Kal. Decembris.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerckens Cod. II, 454.

LII. Markgraf Woldemar überläßt dem Kloster Chorin das Dorf Serwest, am 22. November 1317.

In nomine Domini amen. Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Vniuersis Cristi fidelibus presentes litteras visuris noticiam subscriptorum. Ne acta hominum, que fiunt in tempore, cum lapsu temporis dilabantur, sed ut perpetuam habere valeant firmitatem, scripturarum solent testimoniis roborari. Quapropter nos cupimus esse notum, tam presentibus quam posteris cristi fidelibus vniuersis, quod ecclesie sancte Marie virginis in Choryn Cyster-cienfis Ordinis et fratribus ibidem Deo famulantibus proprietatem ville Zerwetiz et honorum omnium, que ipsi ville adjacent, cum terminis et omnibus attinentiis suis, scilicet siluis, lignis, nemoribus, paludibus, stagnis, molendinis, fluuiis et lacubus, riuis, pratis et pascuis, agris cultis et incol-tis ac ceteris vtilitatibus ex hiis prouenientibus cum plenaria potestate dedimus atque damus. Re-